Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



D.

Verto igitur columpne aurea capita et bases eorum habent. quia euangelica predicatio et diuine legis uoluntas et sapientia quidem fulgent et fama atque sonitu ubique resonant. De altari

Facies et altare de lignis sethym. quod habebit quinque cubitos in longitudine et totidem in latitudine. idest quadratum. tres cubitos in altitudine. Tonna autem qui per quatuor angulos ex ipso erunt et operies illud aere. Et uero eius tabernaculo de altari loquitur incipit. Et pene idipsum altare significat quod per tabernaculum significatur. Hoc enim est. apletur unam eademque rem diuisis modis significare. Quod quidem in libro apocalipsis apte dinosatur. ubi una eademque uisio diuisis figuris replicatur. Altare enim lux in loco ecclesiam designat. Quae quidem dicatur fieri de lignis sethym qui studiosa legit non ignorat. Haec autem altare quadratum est quia in quatuor mundi partes sancta ecclesia extenditur et dilatatur. Quas quidem psalmista breuiter enumerans ait. A solis ortu et occasu ab aquilone et mari. Idem autem quinque cubitos per unam quamque partem. quemadmodum ecclesiae partes. hoc quinque librorum fides et mandata sufficiunt. Per eius spiritalis intelligentiam totum et uetus testamentum et nouum in eo continetur. Duos quidem ideo moyses per omnibus posuit. quia et omnes alios in se amplectuntur. et qui primogenitum inter omnes habentur. Verto igitur inter alios optinent principatum qui priores sunt ipsa natiuitate. Non enim eos euangelis preferro quia ab uno eodemque fonte utraque fluxerunt. Ipse quidem utraque uolumina conuenire. nisi quia de uteronomij replicatur. qui secunda lex interpretatur. Et secunda quidem lex est nouum testamentum. siquidem prima lex uetus testamentum dicitur. Non enim sic testamenta nisi duo. Dic igitur liber qui dicitur deuteronomij medius est inter utraque. siquidem illa replicat et ista significat. Et iam ista significat. ubicumque hic liber est quia secunda lex dicitur. ibi et euangelia sunt. Aut igitur libri moysi non sunt nisi quatuor aut eorum quinque secunda lex. idest etiam gelum intelligere. Habet autem hic altare tres cubitos in altitudine. qa quidem erit sursum angustiores et cubitos sufficit mensurare. idest patrem et filium et spiritum sanctum credere et adorare. Noli plus mensurare quia ultius egredi non licet. Si et ultius progrediaris ul si tantum non progrediaris iam de hac altari non ero. sed ul iudeus ul pagianus. ul heretecus eris. Sequitur. Tonna autem per quatuor angulos ex ipso erunt. Quatuor enim tonna quatuor mundi partes intelligunt. Quiens indeficiens septentrio et meridies. Haec autem quatuor tonna ex ipso sit. quia quatuor mundi partes non aliunde sed de ipsa ecclesia sunt. Operitur autem totum altare aere quia tota ecclesia uere clara et consona in dei laudibus cantare et iubilare non cessat. Ipsa enim eum dicit. Clama ne cesses qui tuba exaltata uocem tuam. Haec enim iam diuinum quodcumque pre ceteris metallis clarum et altius resonat. Vnde et per sono uocis sororum predicatione ecclesiarum intelligitur accipitur.

Facies quoque in usus eius lebetes ad suscipiendos cineres et forcipes atque fiscinulas et ignium receptacula. Galus lebes ille de quo dicitur. Ab lebes sunt. Hi autem lebetes boni sunt qui altari deseruiunt qui altare mundum qui altaris cineres suscipiunt. Per hos enim sacerdotes intelligunt qui dei altare quod ecclesiam omnium sordidate tangentes alio cineres et peccata in se suscipiunt et suscipiendo ab ecclesia longe proicunt. Suscipiunt enim ut deleant non ut teneant. De quibus dicitur. Peccata pueri mei commendant. Hi autem et forcipes tenent quibus carbones de igne trahunt. Carbones enim de igne trahere est. eos qui tribulationis et angustiarum igne exuunt. fiducia caritate adiuuare et consolari. Consolatio namque et auxilium forcipes sunt quibus afflicti de igne et angustiis liberantur. Vnde apostolus ait. Quemadmodum sicut habundant passiones xpi in nobis et per xpm habundat consolatio nostra. Et psalmista secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt aiam meam. Idipsum autem per fiscinulas et per forcipes intelligimus. Idem enim est cum fiscinula carnes ferueres de olla trahit. Sed quod per ignium receptacula nisi eos qui caritate feruentes hospitalitatem sequuntur et eos quos per xpi noie affligi ul eius amore flagrare cognoscunt omnem eis humanitatem exhibentes illuc suscipiunt. Et enim carbones xpi fideles afflicti et caritate feruidi intelligunt quicumque eos